



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Annales Mariani Societatis Iesv**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1658**

Anno MDLVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42840**

modo tabulæ non conuenirent, cum rerum singularum ratio constaret optimè, nec quicquam esset acceptum quod non esset diligenter in tabulas relatum. Quare aperte illi rem B. Virgini tribuebant, cuius in gratiam Filius, qui fecerat olim ex aqua vinum, nummos nunc in erario multiplicasset.

## ANNO MDLVIII.

892 Hoc anno ea quæ ad *Scalam* dicitur Conimbricæ B. Virginis imago P. Sebastiano Barradas, tunc adolescenti, disertè dixisse fertur; vt Societati IESV nomen daret.

*Vocatio-  
nem suam  
illi com-  
mendare.*

893 Ioannes de Cruce Coadiutor Hispanus hoc anno Societatem amplexus Florentiæ, vir simplex, & rectus, inducere animum non poterat ad confessionem generalem de totâ vitâ instituendam; idque dissimulanter in eo habitum est tantisper; quippe cum id ab eo fieri constaret sinè vlla suspitione maliciæ. Sperabatur fore, vt sensim ad hoc adduci posset, postea magis condoces factus. Et verò ita euenit. Nam Ioanni nocte intempestâ in lectulo suo vigili adfuit conspicua Regina gloriæ vultu seuerâ maiestate minaci: & *Quæ*, aiebat, *hæc tua refractariola mens ad parendum est, Ioannes, quòd præter morem alijs usitatum, audeas in Societate mei Filij degere, vitæ antea noctis per generalem confessionem minimè expiatis?* Hisce minaciter dictis, abibat illa ex oculis: & Ioannes clamore sublato abeuntem inclamans, promittebat se confestim imperatâ facturum. Concurrere vicini clamore illo excitis & ille id quod erat palam omnibus narrans, confessionem à Deipara imperatam est executus.

*Valtrinus  
m. f. 5. 4.*

*Confessio-  
nem gene-  
ralem ali  
quando  
instituere.*

894 P. Cornelio Vishauæo hoc anno coram B. Virginis imagine petenti vbi P. Petrum Fabrum



spiritualis suæ viæ ducem futurum , sed antehac ignotum , reperiret; diuinitus è cælo allata vox , illum ad dexteram in platea , & ad tertiam sinistrae partis domum mittere videbatur . Ibi quæsitum, P. Petrum Fabrum reperit, ductu Virginis consultricis .

895 P. *Consalvus Sylueria* Monomotapam ap-  
*liff. orient.* pulsus, elegantem , quam secum habebat , *f. 30. 31.* Deipara  
 imaginem Regi petenti & venerabundo dedit , ut  
 lo Regio adornauit . Narrant, ipso Rege id illis  
 testato, Lusitani noctibus deinceps circiter quinque  
 Reginam cælorum eâ ipsâ specie quam tabula  
 ostenderet , diuinâ circumfusam luce , suauique  
 splendore fulgentem, augustissimo simul , ac iucun-  
 dissimo aspectu dormitanti Regi adstitisse: quod  
*Imagines* ille manè Matri narrabat rei nouitate vehementer  
*Deiparæ* attonitus; itemque Lusitanis , qui rem statim Con-  
*venerari.* saluo renunciabant. Postremò Rex Consaluum ip-  
 sum accersit ; ait se mirum in modum angi , quòd  
 sermonem Reginæ eius quæ secum singulis nocti-  
 bus loqueretur , non intelligeret . cui Consalvus ,  
 cum eam esse linguam diuinam dixisset , quam ne-  
 mo cognosceret , nisi qui sacrosanctis eius Reginæ  
 Filij legibus pareret , quinto circiter & vigesimo  
 post aduentum Consalui die Rex & Mater à Con-  
 saluo sunt baptizati .

*Inspira-  
 tionibus  
 lonis pa-  
 rere.*

## ANNO MDLXI.

896 *Ægidius Montanns* culpam quam contra  
*ab. 1561.* obedientiam commiserat (quod est in Societatis  
 historia) ritè eluit, ac Romæ tertiæ in Grammatica  
 classi præfectus est . Narrauit ille deinde sub mor-  
 tem Patri Emmaneli Sà , & alijs; sibi nocte qua-  
 dam intempestâ vigili visum cubiculum in quo  
 iace-